Siena (?), 8. Jahrzehnt 15. Jh. /vor 1478

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8184
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



38

ut in capitulo de lacte dicetur: et variat
et sm regiones: et sm diversitates herbarum
quibus lactantia animalia vescuntur.
¶ Caseus recens est nutrimentum boni et mitis
et est impinguativus. et est bonus cibus
hominibus sputum sanguinis expectorare. et
stomaco iuvamentum facit: licet quidam
de illo dubitant quia frigidis complexionibus
non conferat. Caseus vetus et difficilis dige-
stionis granativus et malus stomaco: et
ipse multum vitiat dolorem ventris incur-
runt et est parvi nutrimenti: et in hu-
moribus colericis facilitate convertibilis et
macrefacit corpora visus eius. ¶ Recepta
perquam quod caseus recens: et quod caseus me-
dius salitus: et est melioris nutrimenti quam
caseus antiquus. Caseus gignit lapidem
in renibus et vessica et propriae quia est
humidus: et maxime dum comeditur cum
rebus diuretica facientibus ipsum adhaere
illas penetrare et sic et petrificat iun-
turas podagrosorum. Qui vero est adgnatione
arenulosa et lapidum dispositus cavere
qui debet a caseo: quia sicut videmus

Nota: ad sputum sanguinis